Terræ Leopoliensis et Vicecapitanei loci præsentis subdelegato Muneriq[ue] hoc Subdelegationis in se bonaq[ue] sua generaliter omnia Ultro libere et benevole Coassumenteq[ue] officioq[ue] et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmisliensibus personaliter Comparens Generosus Joannes a Staw Stawski, Pocillator Terræ Leopoliensis et Vicecapitaneus Castrensis Præmisliensis sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq[ue] suis quibusvis propriis et competentibus recedendo præsenti vero Castrensi Capitaneali Præmisliensi Iurisdictioni quo ad actum præsentem attinet seum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subyciendo palam, libere, publice, ac perexpressum recognovit. Quia ipse Generosum Franciscum in Kohorce Koriński Capitaneum Wgwolnicensem et ipsius successores, de Summa Quatuor Millium Quadringentorum Florenorum Polonicalium per eundem Generosum Capitaneum Wgwolnicensem, sibi Recognoscenti Coram Actis præsentibus Sabbatho post Festum Purificationis Beatissimæ Virginis Mariæ Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo proxime præterito, in et super bonis generaliter omnibus modo simplicis debiti inscripta et ad solvendum assecurata, nec non de eadem ipsa inscriptione debitorea, ac omnibus eiusdem Inscriptionis debitoreæ Conditionibus, punctis, clausulis, articulis, Vadiis, ligamentis, ac nexibus generaliter Universis ob sufficientem et plenariam sibi Recognoscenti pro præmissis omnibus præstitam satisfactionem et summæ suprascriptæ totalem persolutionem quietat, emittit, dimittit, liberumq[ue] et absolutum facit et perpetuo pronuntiat Inscriptionem eandem debitoream integre et totaliter cassat, mortificat et annihilat. Hac sua præsenti personali recognitione ad præmissa omnia et singula mediante.

Iidem mutuo sese Quietant

Coram Generoso Stanislao Fredro Subdapifero Podoliæ in locum infrascripti Generosi Joannis a Staw Stawski Pocillatoris Terræ Leopoliensis et Vicecapitanei loci præsenter Subdelegato munusq[ue] hoc subdelegationis in se bonaq[ue] Sua generaliter omnia Ultro, libere et benevole consumente officioq[ue] et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmysliensibus

530 Comparentes personaliter Generosi Joannes a Staw Stawski Pocillator Terræ Leopoliensis et Vicecapitaneus Castrensis Præmisliensis ab Una et Franciscus in Pohorce Korytko Capitaneus Wgwolnicensis parte ab altera Sani mentibus et Corporibus existentes a Terris Districtibus Juribus, Jurisdictionibus Suis quibusvis proprijs et Competentibus recedendo præsenti vero Castrensi Capitaneali Præmysliensi Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet, Seum Successoribus ac bonis Suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] Subijciendo palam, libere, publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum Seorsim Suo pro interesse recognovit. Quia ipsi sese mutuo et invicem de Intercisa certa inter se Recognoscentes, ratione triennalis Arendæ bonorum Villarum Tuligłowy et Ostrow, hinc et aliarum Conditionum in eadem Intercisa Contentarum, de actu et data illius hic Præmysliæ Sabbatho post Festum Purificationis Beatissimæ Virginis Mariæ Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo confecta et conscripta, manibus Sui Recognoscentium Subscripta Vadio Duodecem Millium Florenorum Polonicalium firmatæ et Actis præsentibus roborata, nec non de eadem ipsa Inscriptione Roboratoria ac omnibus eiusdem Intercisæ et eius Inscriptionis Roboratoriæ Conditionibus punctis clausulis, articulis Vadio ligamentis ac oneribus generaliter Universis, ob sufficientem et plenariam sibi Recognoscentibus ab Utrinq[ue] per partem parti præstitam Satisfactionem quietant emittunt, dimittunt liberosq[ue] ac absolutos

faciunt

faciunt et perpetuo pronuntiant. Interimiam eandem tum eius Inscriptionem Roboratoriam Cassant, mortificant et annihilant Ipsi suis præsentibus personalibus Recognitionibus ad præmissa omnia et singula mediantibus.

Korytko Sławskiemu obligat.

1331

Coram Generoso Stanislao Fredro Subdapifero Podoliæ in locum infrascripti Generosi Ioannis a Sław Sławski Pocillatoris Terræ Leopoliensis et Vicecapitanei loci præsentis Subdelegato munusque hoc subdelegationis in se bonaque sua generaliter omnia Vltro libere et benevole Coassumente officioque et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Comparens personaliter Generosus Franciscus in Pohorce Korytko Capitaneus Wgrodnicensis sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque Iuri quibuscunque propriis et competentibus recedendo præsenti Vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quo ad actum præsentem attinet Sesum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque Subyciendo palam, libere, publice ac per expressum recognovit. Quia ipse bona sua propria et hæreditaria infrascripta nempe Obszar Dworski miedzy drogami idącę ku Romanowie y na Ostrow od Koniuszek od mostu do mostu y z tą łąką przy tym obszarze na obudwu brzegow będącą do tego Kraiei po trzydni bydłem robiącemi sztuk y z puttrolami pustemi czyli Kmieci, Staw dolny z młynem na tem stawie z Mielnicką y iey Ziemią, y Szynk we wszystkiey Wsi in bonis Villæ Tuligłowy in Palatinatu Russiæ Terra Vero Leopoliensi Consistentia cum omni præmissorum Iure Dominio proprietate Tituloque obligatorio cunque omnibus et singulis bonorum eorundem